NICOLAUS DE LYRA

Österreich (Admont ?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 100v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift

consistit in ardore concupiscencie
in qua consumuntur iniqui
Nam luxuriosi consumuntur ig
ne carnalis concupiscencie cupi
di igne avaricie superbi igne am
bicionis mundane Talia dixerunt
in inferno etc. nam in eis rema
net remorsus concupiscencie qui
est pena valde magna Quoniam
spes impii que figitur in bonis tem
poralibus quasi lanugo est vel flos
tribuli qui statim a vento tollitur
Et ad idem ponit exemplum de
spuma aque et fumo et hospite
unius diei que statim dissipantur
et dantur oblivioni et sic apparet
defectibilitas impiorum. Justi
autem hic consequenter ponitur secre
gatim stabilitas iustorum Cum dicit
Justi autem in perpetuum vivent vi
ta glorie Et apud dominum est merces
eorum a quo sperant premiari non a
mundo et cogitacio eorum apud altis
simum ad cuius honorem ordinant
facta sua Ideo accipient regnum
decoris id est celestis gloria ubi nichil
est turpe et dyadema speciei de
manu domini repeticio est eiusdem
sentencie ad maiorem expressionem
Quoniam dextera eius teget eos re
ponendo eos in beatitudine que per
dexteram intelligitur Mat. xxv et
brachio sancto suo defendet illos In
hoc designatur securitas beatitudi
nis que a nullo potest auffer
ri. Et accipiet hic revertitur
ad describendum miseriam iniquorum

segregatim Cum dicit Et accipiet
armaturam zelus illius Nam
ex zelo iusticie procedet ad puni
cionem malorum Et armabit creatu
ram ad ulcionem inimicorum Nam
omnis creatura inferet reprobis
nocumentum Induet pro thorace
iusticiam a quo non poterit deflecti
cum ipse sit regula iusticie Et pro
galea iudicium certum Nam iudicium
dei non potest deficere Sumet scutum
inexpugnabile equitatem que
ita erit evidens quod nullus eam
audet impugnare Acuet autem
iram diram id est vindictam suam
cui nullus poterit resistere et
pugnabit cum illo orbis terrarum
contra insensatos cum omnibus
creaturis utetur ad afflictionem rep
borum Sicut econverso omnes crea
ture cedent ad gloriam electorum Ibunt
directe emissiones fulgurum ad correc
cionem malorum et tamquam bene cur
vato arcu etc. Quanto enim plus
arcus curvatur tanto gravius
ferit per hoc designatur quod punicio
erit gravissima Et a petrosa
ira id est ab ira Christi qui dicitur petra
i ad Cor. 10 Petra autem erat
Christus Sed hec exposicio videtur
magis mistica quam litteralis Ideo
dicitur aliter Et a petrosa ira id est ab
ira dei que dicitur petrosa non for
maliter sed effective in quantum
mittit lapides graves grandinis
Ideo subditur plene mittentur gran
dines plene id est perfecte Et condescet

i habene